

Luc. 11. Eccl. 19. Gregor. Nazianzenus. Isidorus. Plato. Chrysol. Bernar. sup. Cant. Iacob 4. Thom. Bonavent.

ex scripturis dirigimur. His consonat illud Isaia. Diuitia salutis sapientia, & scientia. Illud quoque Sapientia, In finitus thesaurus hominibus est sapientia, quo q' usi sunt, participes facti sunt amicitie Dei. Nemine enim diligit Deus, nisi qui cum sapientia inhabitat. Hinc ait Hieronymus: Pinguissimus est sermo diuinus, oes in se habet delicias: quod volueris, ex diuino sermone nascitur, sicut tradunt Iudaei de mana, quod em vnucuiusq; voluntate sapiebat, iuxta illud Sapientia: Panis de celo p'stituitis, o'e delectam' em in se habentem, & omnis saporis suauitate. Deseruiens. n. vnucuiusq; voluntati, ad quod quisque volebat conuertebat. Quod t'n de iustis est intelligendum, impijs. n. uertebat in nauis. ¶ Octauo, sapientia seu diuina scriptura comendat, ac eminerone suae sententio sitatis, atq; multiplicis sensus. Nam eadem litera interdum duplici, aliqui triplici, nonumq; qua duplice h'et sensum q' sunt quatuor fercula, que ponuntur in mesa refectorij animae. Na & ipse res significat p' uerba scripturae, aliqd significat. Hinc dicit Gregorius: Tanta ac talis est scripturae sublimitas ut non solum uerba a dno, & a sanctis prolata, sed et circumstantiae rerum, q' simpliciter dicte vident, spiritalibus sint plene mysterijs. Augustinus quoque ad Volusianum: Tanta est, inq; Christianarum literarum pfunditas, vt quotidie in eis proficeret, si eas solas ab inuente pueritia usq; ad decrepita senectutem, maximo ocio, summo studio, meliori ingenio conarer addiscere. Nec mirum, cum & Plato ubique inueniret, quod disceret, & semper seipso melior fieret. Hoc est quod ait Chrysolomus: Quanto plus qs in facris eloquijs asfiduus fuerit, tanto ex eis uberiori intelligentiam capit. Postremo, et alijs varijs considerationibus, potest eminentia sapientiae huius seu diuinæ scripturae monstrari, puta ex eius altitudine, preciositate, salubritate, qua ad praeinducta possunt reduci. Hinc sacra scripturam cum omni reuerentia pertractemus, diligentissimè legamus atque praecunctis scientijs philosophicis, & humanis appreciemur: cum ipsa sit velut epistola nobis a spiritu sancto missa, imò & ore Dei incarnati pro magna parte prolata. Propter quod dum studemus, & legimus eam, Deus loquitur nobis: dum vero oramus, alloquimur Deum. Munda quoq; receptacula in animabus nostris tam praeclearae sapientiae praebemus, vt subiectum suo proportionetur habitui, locus locato, & susceptiuum susceptio.

De recto, salubri, & ordinato modo, ac processu studendi.

Altiora te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quae praecepta tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. In omnibus obseruandus est rectus, ac debitus ordo: & quod primum ac maxime Deus requirit a nobis, id in primis est exquirendum ac adimplendum. Ideo bene locutus est sanctus Bernardus: Ingratum est spiritui sancto quicquid ei obtuleris, neglecto eo ad quod teneris. Porro ad praecepta Dei, atque ecclesiae in primis tenemur, ideo quicquid illis neglectis, quis studeat, & quantumcumque in scientijs crescat, non solum inceptum est Deo, nec ad salutem proficiens, imò etià ad damnationem eius credit maiorem, quoniam aggravat culpam ipsius, quem admodum Iacobus protestatur apostolus: Scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi. Vnde, & ipsemet dominus dixit:

Seruus qui cognouit voluntatem domini, & non fecit, plagis vapulabit multis. Ideo in Ecclesiastico fertur: Melior est homo, qui minuitur sapientia, & in timore Dei ambulat: quam, qui abundat sensu, & transgreditur legem altissimi. Qui studere itaque cupit salubriter, & in diuinorum notitia ordinatè proficere, primò omnium fatagat adimplere praecepta, atq; per arctam incedere viam salutis: fugiat vanitates, & carnis vitia detestetur. Scientia quippe sine virtutibus est inuano. Et sicut forma perfectio est materia, sic conuersatio virtuosa decor consistit scientiae. Hinc scriptum est: Quis sapiens, & discipulatus inter uos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiae. Rectè ergo distulit Gregorius Nanianzenus: Primus sapientiae gradus, est uita laudabilis, & apud Deum mens pura: qua puri super purissimo Deo iunguntur, & sancti sanctissimo Deo locantur. Sapientia clara est, non quae in uerbis uolat, sed in uirtutibus consistit. Isidorus inquit: Ad maiores, inquit, culpa cumulum pertinet, scire quid facere debeas nec implere. Deniq; Plato in Phaedone diffusè docet, & probat, quod Philosophi nequaquam sit circa uelamentorum occupari ornatum, ciborum, aut ueneriorum uiles opare delicias, diuitijs inhare: sed contentis his omnibus, diuinis, & intellectualibus inhærere. Quato magis istud ad omnem Christianum spectat philosophum, praesertim theologum? Nempe ut commune est uerbum, Virtus unita fortior est, quam dispersa: ideo quò intellectus studentis circa carnalia exteriora, & uana magis dispergitur, eò ad proficiendum in diuinorum agnitione, ac ueritatis notitia impotentior redditur. Et quò magis se à mundanis, & uilibus abstrahit, eò circa intellectualia, & diuina seipsum recolligit, eò ad proficiendum in theologia facultate, in ueritatis splendore, atque in omni scientia aprior fortiorque efficitur. Potissimè uero, dum lumen naturae, per lumen gratiae uigoratur: dum scholastica exercitatio exercitio deuotionis internae inuatur, & dum oratione syncretata, contemplationeque seruida mens fonti munditiae, ac summae ueritati uinitur. Tunc quippe desuper illustratur, atque a sole sapientiae gratiosè perfunditur, uiguitur, eruditur ad intelligendum abditas scripturarum, ad considerandum mirabilia legis diuinæ, nexum & ordinem credendorum: ita ut habeat fidem cum rationibus credibilium, & cum puritate mentis intelligentiae. Propter quò orauit psalmista: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Hinc talibus scriptis sanctus Ioannes: Vnctio eius docet uos de omnibus. Paulus quoque ad Timotheum: Dabit tibi dominus de omnibus intellectionem. Etenim sicut spiritus sanctus scripturarum est dator, sic ipse ad earum intelligentiam est optimus illustrator, & mentibus puris sibi placentibus exuberantes illuminationes largitur. Vnde Iacobus ait Apostolus: Si quis uerum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & dabitur ei. Hinc ut recitat Casianus, sanctus anachoreta Theodoros dixit, quod cupiens scripturarum uerum, atque profundum acquirere intellectionem, potius studeat cordis puritati, quam disputationi, aut multorum uoluminum lectioni. Hoc uir uite purissimè sanctus pater Bernardus expertus, ad Dei gloriam humiliter fatebatur totam scripturam cum plena intelligentia sibi reterplenduisse. Hinc sanctus Thomas, Bonauentura, & eis consimiles, creduntur sapientiam suam oratio potius, quam studendo obtinuisse. Talis etià fuit

Luc. 11. Eccl. 19. Gregor. Nazianzenus. Isidorus. Plato. Chrysol. Bernar. sup. Cant. Iacob 4. Thom. Bonavent.